Dicta est autem villa à vehendo, quasi vehilla, quod in eam fructus à villico convehantur, & evehantur quum veneunt, ut ait Varro de re rust. lib. 1. cap. 2. Columella villam tripartitò distribuit, partem unam urbanam, rusticam alteram, & tertiam fructuariam appellans. Villa rustica, est ea pars villæ, quam villicus colonus, vel viator, vel arboratot habitandam sibi obtinet, & familiæ villicæ, atque instrumento omni rustico condendo, aut continendo est accommodata. Villa urbana prætorium dicitur, & est ea pars, quam dominus, si quando in villa sit, solet habitate: quæ quia elegantiæ, amoeniæque ædificati solet, & instrui, ideo urbana vocatur, quasi urbani nitoris, & elegantæ plus habens, quam rustica. Fructuaria autem villa dicitur, ubi fructus reconduntur, Bud. Plaut. Aul. sc. 5. a. 3. Plus plaustrorum in ædibus illatum videoas, quam ruti, quando ad villam veneris.

VILLULÆ, æ, diminutivum. ¶ חִטְאָדָר. GAL. Petite metairie. ITAL. Picciola villa. GERM. Ein meyerhofflein. HISP. Pequís heredad, pequinha aldea. ANGL. A little farme or manour place. ¶ Cic. ad Attic. lib. 8 Ego Arpin i volo esse pridie Cal. deinde circum villulas nostras errare. Horatius 1. Serm. satyr. 5.

Proxima Campano ponti que villula tellum
Præbuit.

VILLANUS, i, gen. malec. qui in villa habitat. ¶ וְרֵדֶת פְּרָזָן. GAL. Villageois, laboureur, contadino, rustique. ITAL. Villano, rustico, lavoratore, contadino. GERM. Ein meyer/ein bavor so ein meyerhoff besitzt. HISP. Villano, aldeano. ANGL. Thæ laboureth a farme. ¶ Unde & Semivillanus, semirusticus. ¶ Villani (inquit Budus) dicuntur, quod villæ (unde dicti villici) adscripti, & coloniæ conditioni addicti aut ipsi sint, aut eorum majores fuerint: quarum rerum vestigia non obscura multis in locis extant. Quod tamen nomen longuentum inscrita in contumeliam jam vertit. Villanum enim & villem vernacula simplicitas confundit.

VILLARIS, e, Villaticus. ¶ וְרֵדֶת פְּרָזָן. iTawling, ægeonings. GAL. De village ou metairie. ITAL. Di villa. GERM. Eines meyerhoffs. HISP. Cosa de aquella possession de campo. ANGL. Of a farme or manour place. ¶ Plinius lib. 10. cap. 41. Villaribus gallinis, & religio inest: iahortescunt edito ovo, excutientque se, & circuntestæ purificant, aut festuca aliqua se, & ova lustrant.

VILLATICUS, a, um, quod ad villam pertinet. ¶ וְרֵדֶת פְּרָזָן. iTawling, ægeonings. GAL. De village, ou metairie. ITAL. Villafesta, di villa. GERM. Meyerhöfisch/bäurisch. HISP. Cosa de aquella possession del campo. ANGL. Pertaining to a farme or manour place. ¶ Unde Villatica pastio dicitur alimentum, quod pertinet ad animalia, quæ ruri nutruntur, ut pura pecudes, aves, pisces. Villaticus canis qui villæ asservandæ gratiâ alitur. Col. lib. 1. cap. 10. De villatico cane igitur, & pastorali dicendum est: nam venaticus nihil pertinet ad nostram professionem. Plinius lib. 23. cap. 1. Aiunt si quis villam ea tinxerit, fugere accipitres, tutisque fieri villaticas aves. Villaticæ gallinæ, dicuntur gallinæ illæ vulgares, quales plerumque in villis, & in ipsis etiam urbibus vulgo videmus educari. Dictæ villaticæ ad differentiam agrestium, & Africanarum: de quibus vide in dictione Gallina.

Villator, pro cavillator. Lips.

VILICO, as, & Villicor, aris, deponens. Rusticor, sive in villam animi causa iecedo. ¶ גְּזָעָה. GAL. Gouverner une metairie, & y labourer les terres, & faire autres affaires rustiques, grangier, metayer, ITAL. Si ar à la villa, governare la villa, lavorare la terra. GERM. Auf einem Mayrhoff sitten/bauerenwerck treiben. HISP. Usar de oficio de

mayordomo, labrar la tierra. ANGL. To rule a farme, and labour it, or dwell in manour place. ¶ Pomponius, Ego rus eo, ut aliquot diebus villicer. Terentius in Heyra, Hic villicor ante urbem. Plin. lib. 18. cap. 6. Quorum prædia colenda suscipiebat Respub. exercitusque ducebant, Senatu illis villicante. ¶ Aliquando villicari, est villæ præesse. ἀγροποιός, ἀγροτοῦ. Pomponius. Longè ab urbe villicari, quod herus rareiter venit, non villicari, sed dominari mea est sententia.

VILLICATIO, ipsa rustica negotiatio, vel villæ dispensatio. ¶ ἀγροποία, ἀγρονομία. GAL. Gouvernement de metairie, grangeage. ITAL. Governo di villa. GERM. Baurenwerck. HISP. Obra de mayordomo de la aldea. ANGL. The ruling of a farme. ¶ Columel. lib. 21. cap. 1. Qui suscepit officium villicationis, in primis conjunctum domesticum, multoque etiam magis externum virerit.

VILLICONES, Villici, vel præfecti villicationis, ut est apud Apul. in Apolog. ἀγρούς, τὸν ἄγρους ἔπειτα.

VILLICUS, i, Præfectus villæ, cui tota rei rusticæ cura à domino committitur. ¶ ἀγρορόποδης, τὸν ἄγρους ἕπειτα. GAL. Fermier, metayer, granadier. ITAL. Faïto, guastaldo. GERM. Ein meyer/ein haushalter in einem meyerhoff. HISP. Mayordomo del campo, aparador que los ferranos llaman capataz. ANGL. A farmer or that governeth a farme. ¶ Varr. de R. R. lib. 1. cap. 1. Villicus agri colendi causa constitutus, atque appellatus à villa, villa ab eo quod in eam convehuntur fructus, & evehuntur, quum veneunt. A quo rusticæ etiam nunc quoq; viam, veham appellant, propter vecturas; & Vellam, non Villam, quod vehunt, & unde vehunt. O Economus autem tam pecuniae, quam frugum, & omnium quæ dominus possidet, dispensator est. Cic. lib. 4. Tusc. quest. Qui quum villico factus esset iratior. Quo modo, inquit, accepisse, nisi iratus esset. Horat. lib. 1. Epist.

Villicus sylvarum: & mihi me redentis agelli.

Colum. lib. 11. Villicus semper caveat ne improvidus ab opere vincatur: res est agrestis infidiosa cunctanti.

VILLICÆ, uxori villici. ¶ ἀγρούς, ἄγρους ἔπειτα γυναικί. GAL. La metaise, ou metayer, la femme du metais ou metayer, ou fermier. ITAL. Femina di villa, moglie del guastaldo, guastalda. GERM. Diefrau des verroßers eines meyerhoffs/meyerin. HISP. La muger mayor doma de aquella casa. ANGL. The farmers wife. Martial. lib. 1.

Pinguis inaequales onerat cui villica mensa.

Iuven. Satyr. 11.

Aphargi, posito quos legit villica fuso.

VILLUM, i, vide Vinum.

VILLUS, non propriæ pilus, est ut nonnulli interpretantur, sed multorum pilorum collectio; & quidam quasi floccus: quales in jubis leonum, & luporum, nonnullorum etiam canum videmus propendere. ¶ וְרֵדֶת שָׁהָל תְּבָצָע: summah. בְּגָז, λάχην, λάχυρ. GAL. Poil. ITAL. Peli messi insieme, come è un mazzo di setole. GERM. Ein harlock. HISP. El vello puro solit. ANGL. A bigge heare. ¶ In vestibus etiam villi dicuntur, flocci illi prominentes, qui hodie etiam ornatus causæ arte fullonia pannis inducuntur. Cic. 2. de nat. deor. Animantium vero quanta varietas est? quarum aliae coriis testæ sunt, aliae villis vestitæ, aliae spinis hirsutæ: pluma alias, alias squama videmus obductas, alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum. Plin. lib. 8. cap. 50. de capris loquens, Dependet omnino mento villus, quem aruncum vocant. Virgil. 3. Georgic.

Dulcibus idecirco fluvius pecus omne magistris

Perfundunt, udisque aries in gurgite villus

Mersatur.

Martial. lib. 14.

Calfaciunt villi pallia nostra mei.

VILLOSUS, adjecit, quod villis plenum est, hirsutus, hirtus. ¶ וְרֵדֶת שָׁהָל, שָׁהָל, υαμαρί. GAL. Velu, pelu. ITAL. Feloso. GERM. Löckächtig, fohlkächtig. HISP. Cosa vellosa ó peluda de tal pelo. ANGL. Rough, full of heares. ¶ Col. lib. 7. cap. 12. Amplo, villosoque pectori. Virg. 8. Æneid.

villoso pelle leonis.

Vilna. VVilde Germanis. Vilenski indigenis, Vilna Italica, Lituaniae caput, V.E & Academia, sub A. Gnefensi.

VIMEN, inis, omne virgultum lenticum, & flexible, ad ligandum aptum, quasi vincimen. ¶ וְרֵדֶת שָׁהָל, שָׁהָל, εἶδ. GAL. Toutes sortes de verges molles & aisées à plier pour lier, soit d'osier, orme, peuplier, bouleau, ou autres. ITAL. Seroppa, vimine, legame, fatto d'ogni sorte di ramo d'herba. GERM. Weiche gerten oder roeiden damit man binden oder flechten kann. Forbreiss. HISP. Para ó verga que se doblega. ANGL. A roig, osiar, or roicker. ¶ Col. lib. 4. cap. 30. Nec refert cuius generis vimen seras, dum sit lentissimum. Virg. 4. Æneid.

Rursus & alterius lenticum convellere vimen

Insequor, & causas penitus tentare latentes,

Idem 2. Georg.

— aqua eluctabitur omnis,

Scilicet, & grandes ibunt per vimina gutta.

Idem 11. Æneid.

Haud segnes aliærates, & molle pheretrum

Arbutus texunt virgili, & vimine querno.

Colum. lib. 4. cap. 15. Si viminibus salicis aut ulmi ligaveris. Cæsar 1. bell. civ. Reliquum corpus navium, viminibus contextum, coriis integrabatur. Finit autem vimina ex populorum virgis, ulni & sanguineorum fruticum, & betula, & vitis, & coryli intortæ, & salicis quæ principatum obtinet.

VIMINIS, a, um, quod est ex vimine. ¶ וְרֵדֶת שָׁהָל. GAL. D'osier, ou d'autres verges propres à lier. ITAL. Farro de vinechi, ó altre verghe. GERM. Auf roehchen banden oder forbreiss gemacht. HISP. Cosa hecha de tales varas. ANGL. Made of wickers. ¶ ut, Vasa viminea. Plaut. in Epid. Viminei fastes virgatum. Virg. 1. Geor. g.

Vimineasque trahis crates, &c.

Cæs. 3. bell. civ. Multum autem ob ictu lapidum, quod unum nostris erat telum, vimine regumenta galeis imposita defendebant.

VIMINALIS, e, quod est ad ligandum aptum, seu quod pertinet ad vimina.

mina. οντος ειναινδης, οντος αυγωνδης, οντος διουπας, λυξεινης. GAL. Propre & convenable pour lier. ITAL. Convenient à ligare, à pertinente à vimine. GERM. Das zu reiden oder banden dienstlich ist. HISP. Convenient para atar, perteneciente à varas o vergas que se doblegan. ANGL. Perceanning to twinges. 3 ut. Salix viminalis. Plin. lib. 17. cap. 20. Salicis viminalis singula jugera sufficient vigintiquinque vineæ jugeribus. Col. lib. 4. c. p. 10. Quare salices viminales, atque arundireta, vulgarèque sylva, vel consultò consitæ, è castaneis prius faciendæ sunt.

Vimnallia absolute nomen generale est, omnibus tum arboribus, tum fruticibus commune, quæ vimina producunt. λυξεινη. Plin. lib. 17. cap. 20. Hæc est viminalium cultura. ¶ Viminalis collis, unus ex septem urbis Romanæ collibus, in terra urbis regione: ita dictus à viminum sylva in eo enata: unde & Iovi Vimini, cuius ibidem ara erat, nomen inditum: ut autor est Varro lib. 4. de ling. Lat. ¶ Viminalis porta Romæ fuit inter Salatiam & Exquelinam: ita dicta quod per eam in agrum Nomentanum esset iter.

Vinacea, Vinaria, Vinarius, vide Vnum.

Vincæ, herba topiaria, humi repens, lauri foliis, tenuib[us]que sarcmen-
tis, quibus obvia quæque vincit: unde & nomen invenit κλυκ-
τις, διαφρονδης. Plin. lib. 2. Epist. 17. Adjacet gestationi interiori cir-
citu, vinca tenera, & umbrosa, nudisque etiam pedibus mollis
& cedens, eadem & Vincapervinca appellatur à Plinio majore lib.
21. cap. 11.

Vincapervinca, herba est topiaria, perpetuò virens, foliis geniculatum vestita, veteribus inopiam florum supplere solita, humili serpens, & in modum fœniculi sepe porrigens, & vicina quæque vincens: unde & nomen invenit κλυκτις, διαφρονδης. Plin. lib. 21. cap. 11. alio no-
men chamædaphnen, quasi humilem laurum, appellari tradit, propter foliorum similitudinem. Omnia tamen diversa est chamæ-
daphne Dioscoridis, quam Latinæ Lauricolam appellant, sive Lauraginem. Officinæ Pervencam nominant.

Vincentia, Vicetia Plinio, Vicenza, V. E. ditionis Venetæ, sub P. Aquileiensi.

VINCIO, is, vinxi, vinctum, Ligo, constringo. ην ασάρ τερψ κασχάρ.
διδύλω, διεργώ, ειρω, πεδίω. GAL. Lier. ITAL. Ligare. GERM. Binden.
HISP. Atar. ANGL. To tie or bind. 3 Plaut. Men. sc. 1. a. 1. Homines
captivos qui catenis vinciunt. Ibid. Esca & potionе vinciri decet
fugitivos. Idem Aul. sc. 2. a. 2. Comprehendite, vincite, verberate.
Idem Men. sc. 1. a. 1. Dum illo vinculo compedibus ferreis me vin-
cies, facile asservabis. Virg. 1. Æneid.

Purpureoque aliè suras vincire cothurno.

Ovid. 10. Metam.

non huc ut operta widerem
Tartara descendit: nec uti villosa colubris
Terna Medusaq; vincirem guttura Monstris.

Cic. pro Marcel. Omnia qua delapsa jam fluxerunt, severis legibus
vincienda sunt. Idem in Orat. Et verba eligeantur: & sententias gra-
ves & suaves reperiebant: sed eas haud vinciebant, haud explebant.
¶ Vincere præsidis locum, pro tenere. Idem ad Attic. lib. 7. Cæsarem
quidem, L. Cæsar cum mandatis de pace missis, tamen aiunt acerri-
mè delectum habere, loca occupare, vincere præsidis.

Vinctus, a, um, partic. Ligatus, constrictus. ην ασάρ τερψ κασχάρ.
διδύλω, διεργώ, ειρω, πεδίω. GAL. Lier. ITAL. Ligato. GERM. Gebunden. HISP. Atado.
ANG. Tied, on fastened. 3 Cic. 6. Verr. Dedit igitur ubi fortuna Sicu-
lorum C. Marcellum judicem: ut cujus ad statuam Siculi te Pra-
tore alligabantur, ejus religione te eundem vinctum astictumque
dedamus. Terent. in Eunuch. quas matres student Demissis hume-
ris esse vincto pectori, ut graciles sient. Plaut. sc. 2. a. 2. Nudus vin-
ctus centum pondo es. ¶ Vinctus aliquando pro captivo accipitur,
sive pro servo compedito, qui ex vinculis, aut in ergastulo, opus fa-
cit. διεργώ. Seneca. Qui unus erat è vinctis Cæsaris, mox libertate
donatus est Plin. Epist. 9. Nam nec ipse usquam vinctos habeo.

Vinctus, u, ui, Ligamen. ην ασάρ τερψ τερόρ. ην διος, διεργώ. GAL.
Un lien, liaison. ITAL. Ligamento. GERM. Bindung oder band. HISP.
Atadura. ANGL. A band to tie any thing with. 3 Varro lib. 1. de R.R.
c. 8. Et vindemia facta denique discat pendere in palman, aut funi-
culo, aut vinctu quod antiqui vocabant cestum.

Vinculum, i. Ligamen. ην ασάρ τερψ τερόρ. διεργώ, ειρω, πεδίω.
Lien, bande, ligature. ITAL. Ligame. GERM. Ein band. HISP. Atadura.
ANGL. A band to tie any thing with. 3 Cic. 3. Offic. Nullum enim
vinculum ad stringendam fidem jurejurando majores at-
testus esse voluerunt. Copulare uno vinculo. Liv. 8. bell. Pun. Virg. 2.
Æneid.

nam teneras arcebant vineula palmas.

Ovid. 9. Metam.

Dixerat, & summo digitorum vineula collo
Injecit.

Virg. 4. Georg.

Hec tibi, nate, prius vincis capiendus, &c.

Cic. pro Cæsin. Qui jus civile contemendum putat, is vincula re-
velli non modo judiciorum, sed etiam utilitatis vitæque communis.
Senec. cap. 18. de conf. ad Marc. Vinculum terrarum Oceanus.
Idem cap. 9. de tranquil. Animum veluti sub vinculis habeamus.
¶ Pro calcis. Ovid. lib. 2. Fast.

Scindebant magni vineula parva pedes.

¶ Lenta nimis vineula escaria: (de potu & cibo.) Plaut. Men. sc. 1.
a. 1. ¶ Vincula pro viminibus, quibus vites religantur. Colum.
lib. 3. Salix humida loca desiderat, genista etiam secca, utræque
tamen circa vineam seruntur, quum palmitibus idonea præbeant
vincula. ¶ Vinculum jugale, per translationem pro conjugio. Virg.
4. Æneid.

No cui me vinclo vellem sociare jugali.

¶ Vineula, pro carcere in quo noxijs vincti servantur. διεργώ.
Cicer. 7. Verr. Quid si aufugisset? si vincula rupisset? ¶ In vinculis
esse, est in carcere, esse vinctum. Plaut. Capt. sc. 1. a. 2. Si vox exi-
mat vinculis. Ibid. sc. 3. a. 2. Emisti. (i. emisisti) ex vinculis he-

rum. Quint. In vincula petere aliquem. Gell. cap. 1. lib. ult. ac nisi
pacti forent, habebantur in vinculis dies sexaginta. Item, Vincu-
lorum penam deterrimi homines contemnunt, &c. Idem Ibid. sup.
dixerat: nervo & compedibus vinciebantur. Plin. lib. 7. cap. 34. de
Scipione Nasica. In summa, ei in patria mori non licuit: non Hercle
magis quam extra vincula illi sapientissimo ab Apolline judicato
Socrati. Venuleus de verb. signif. Vinculorum appellatione, vel pu-
blica, vel privata vincula significantur. Custodie vero, tantum publica
custodia. ¶ Vincula pro negotiis, Horat. 1. Epist.

ille Philopo

Excusare laborem, & mercenaria vincla.

Vinctura, x, ην ασάρ εσύ τερψ τερόρ. η διος, η λυξεινης. GAL. Liaison.
ITAL. Ligamento. GERM. Bindung. HISP. Atadura. ANGL. Belon-
ging or thing. 3 Plin. lib. 16. cap. 37. Parvuntque baltheo corticis vin-
cula: & aliae virgas sequacis ad vincturas lentitiae, de salicibus.

VINCO, is, vici, victum, Supero, ex certamine superior evado, victoriam
reporto, supero, devinco, expugno. ην νισσάθ. κρανίω, κρανιο-
νιζων, νικώ, νικάω. GAL. Vaincre, surmonter. ITAL. Vincere, su-
perare, farsi superiore. GERM. Oberwinden / im streit oblegen/figen.
HISP. Vencer o ganar en juegos. ANGL. To overcome, to vanquish. 3
Cic. in Catil. Mihi videndum est cum illis, quos vici, & subegi.
Virg. 10. Eclog.

Omnia vincit amor.

Idem lib. 1. Georg.

labor omnia vincit

Improbus, & durus urgens in rebus egestas.

Cic. lib. 1. Offic. Non est consentaneum, qui metu non frangatur, eum
frangi cupiditate: nec qui invictum se à labore præstiterit, viaci à
voluptate. Plaut. Mil. sc. 6. a. 2. Vincam animum: ignoscam tibi. Idem
Mof. sc. 2. a. 1. Ita esse vero vincam. Idem Pseud. sc. 1. a. 1. Vincite
hoc (flagrum sup.) duritia tergi. Ovid. 3. Metam.

In vicitumque virum vicit dolor.

Plaut. Amphitr. Si verum vincit. ¶ Vicitus formula, Ovid. Eleg.
9. lib. 3. Trist. Item, Vix vicit. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 5. ¶ Per transla-
tionem ponitur pro exprimo, & quasi difficultatem rei dicendo su-
pero. Virg. 3. Georg.

Nec sum animi dubius, verbus ea vincere magnum

Quam sit.

Item pro animi compatio: unde & victor, pro animi compote ac-
cipitur. ineqans. Idem lib. 3. Georg.

Illi victor ego, & Tyrio conspectus in ostro.

¶ Ponitur aliquando pro convincere, docere, probare. Cicer. pro
Cluent. Vincere, deinde virum bonum fuisse Oppianicum. Plaut.
Amph. Vincere argumentis te non esse Sosiam? Er, Argumentis
vicit. Ibid. ¶ Vincere cibum dixit Plin. lib. 11. c. 53. pro concoque-
re. Vincere expectationem: est facere plus quam quisquam spera-
verat. Vincere sua fata, dicuntur parentes suis liberis superstites.
Virg. 11. Æneid.

Contra ego vivendo vici mea saia, superstes

Restarem ut genitor.

Id est, naturalem ordinem vita longiore superavi: namque hic
ordo est, ut sint parentibus superstites filii. ¶ Pro lucrati. Sue-
ton. in August. cap. 71. vicissem vel quinquaginta millia. (num-
mum sup.) Et apud Quintilian. ita loquitur aleator: Ergo ego nun-
quam vici.

Victus, a, um, participium, Certamine superatus. ην παν μεντσάθ.
νικηθεις, νικηθως. GAL. Vaincu, surmonté. ITAL. Vinto, superato.
GERM. Oberwunden. HISP. Vencido. ANGL. Overcome, vanquished.
Cicer. lib. 2. de div. Galli vici silere solent, canere viatores.
Horat. Epod. 9.

Terra marique vietus hostis &c.

Victi, & subacti populi, apud Cic. ad Attic. cuius contrarium est
Invictus, id est, insuperabilis. νικηθεις. Idem lib. 1. Offic. Animi ex-
celsi, atque invicti magnitudo ac robur. ¶ Ponitur aliquando Vi-
ctus, pro voti impote, νικηθεις. quemadmodum contrà Victor, pro vo-
ti compote. ineqans. Virg. 9. Eclog.

Nunc vici tristes: quoniam fors omnia versit.

¶ Victor aliquando dicitur à proposito recedens. Idem 2. Æneid.

Hic vero vicius genitor se tollit ad auras. Servius.

Victor, is, qui in certamine superior evasit. ην νισσάθ. νικη-
θεις. GAL. Vainqueur, vainqueur. ITAL. Vincitore, vittore. GER. Ein
oberwinder/siger. HISP. El que vence, vencedor. ANGL. That van-
quished or overcometh. 3 Cæs. 2. bell. Gall. Nostros vicitores transire
flumen conspererant. Plin. lib. 7. cap. 8. L. Sicinius Denatus vices
præliatus, octies, ex provocatione vicit. XLV. cicatricibus adverso
corpo insignis, nulla in tergo, Cic. Marcell. lib. 4. Multa enim
victori corum arbitrio per quos vicit, etiam invito facienda sunt.
¶ Aliquando accipitur pro voti compote. Virg. 3. Georg.

Victorique viatum volitare per ora.

Ubi Servius, Victor, effector propositi & voti. Et eo fortasse sensu
dixit Alcmena apud Plaut. in Amph. Ut meus vir vicit belli clueat.
Et in Pseud. sc. 3. a. 4. Victor sum. (id est, voti compote sequitur enim.)
Vici custodes meos.

Victrix, icis, verbale fœmin. Mulier, quæ in certamine superior eva-
sit. ην παν μεντσάθ. νικηται. GAL. Vainquereſſe, vittorieſſe.
ITAL. Vittoria, vinceſſe. GERM. Oberwinderin / Sigerin. HISP. Venc-
adora. ANGL. She that vanquished. 3 Cæs. 2. bell. Gall. Nostros vicitores
transire flumen conspererant. Plin. lib. 7. cap. 8. L. Sicinius Denatus
victori corum arbitrio per quos vicit, etiam invito facienda sunt.
¶ Aliquando accipitur pro voti compote. Virg. 7. Æneid.

In unum vicitrix affatur voce superbita.

¶ In plurali numero adjectivè accipitur, facitque de se neutrum vi-
tricia. Idem 3. Æneid.

Res Agamemonias, vicitrixque arma sequutus:

id est, quæ vicerunt. Ubi Servius, Omnia à verbo videntia, quum
in or. excunt, masculina sunt, ut vicit: quum in trix fœminina, ut
victrix: neutra vero non faciunt, nisi tantum in numero plurali:
unde

Vindicta, *μνησία*. GAL. Venger, punir. ITAL. vendicare, punire. GERM. Rachen mit der straff zu kommen. HISP. vengar. ANGL. To revenge, to punishe. ¶ Vindico à *uu* & dico: qui enim ulciscitur injuriam acceptam, vim sibi factam dicit. Cicer. 2. de legib. Graviter olim ista vindicabat *vetus* illa Græcia longè providens. Plin. lib. 10. Scipionis verò Aemiliani nemo vindicaverat mortem. Ovid. Fast.

Quique necem Crassi vindicet, ultor erit.

Cicero 5. in Verrem. Omnia postremò quæ vindicatis in altero; tibi ipsi vehementer fugienda sunt. Vindicare pro ulcisci. Sueton. in Cas. cap. 67. ibidem cap. 30. Vindicare bello si quid, &c. Velleius, Vindicare cognomem virtute partum. Ovid. 4. Fast.

Quem venus in bella vindicat alma manu.

Velleius, Vindicatum mare (à pitatis ductu Pompeij, id est, liberatum.) ¶ Vindicare, sive vindicatum esse in facta, in voces petulantiores, in homines male consilentes, & sceleratos, (pro sumptum supplicium est de factis, de vocibus petulantioribus de hominibus male consilientibus, & sceleratis,) dixit Gellius cap. 5. lib. 4. & cap. 6. lib. 10. & cap. 7. lib. 12. & item alibi. Illius autem verba hæc sunt in principio e. 6. lib. 10. Non in facta modo, sed in voces etiam petulantiores publicè vindicatum est, &c. ¶ Vindicatum est impersonaliter, pro animadversum est. Cic. 7. Verr. Fator non modo in socios, sed etiam in cives militésque nostros perspē & severè ac vehementer vindicatum. ¶ Vindicare manu, i. armis. Salust. lugurth. 68. Existimans Adherbalem dolore permotum injurias sua manu vindicaturum. ¶ Vindicare item, ab injuria, contumeliale est defendere, liberare. ¶ *לְנַצֵּחַ הַבָּסִילָה וְאֶתְנָשָׁן.* GAL. Deliverer, defendre. ITAL. Liberare, defendere. GERM. Erretten/erlösen/schirmen. HISP. Librar de daño, defender. ANGL. To delyver, to defend frome wronge or danger. ¶ Cic. de senect. Est & senectus natura loquacior, ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare. Liv. lib. 3. A cuius crudelitate vosmetiplos armis vindicatis. ¶ Vindicare in libertatem, id est, afferere, *εἰς ἀπόλετον οὐκιζόντας.* Cic. Par. 4. In libertatem vindicari vult? Idem 2. de Orat. M etamen ita oscitans sapientia, simul atque ad eam confugero, in libertatem vindicabit. Cæsar 1. bell. Punic. Ut se, & pop. Rom. paucorum factione oppressum, in libertatem vindicaret. Liv. 9. bell. Pun. Et missum se ad eos vindicandos in libertatem ait. ¶ Vindicate data, Compensare. Senec. de benefic. lib. 3. cap. 13. Tardiores, inquit, ad beneficia danda facimus non vindicando data, nec inficiatores eorum affiendo poena. ¶ Pro tribuere. Idem Senec. cap. 3. de tranq. Ut otio & literis plus vindices. (i. tribuas.)

Vindicatio, nis verbale, Ultio, vindicta, & injuria propulsatio. ¶ *νέκαμά*, *καίνειος, μνησία.* GAL. Vengeance, revanche. ITAL. Vendetta. GERM. Rachung oder rach. HISP. Vengança. ANGL. Revenge, punishment. ¶ Cicer. de Invent. Vindicationem per quam vim & contumeliam defendendo, aut ulciscendo, propulsamus à nobis, & à nostris, qui nobis chati esse debent, & per quam peccata punimus.

Vindicta, *α. Ultio vel animadversio.* *νέκαμά* nekamah. *καίνειος, μνησία.* GAL. Vengeance. ITAL. Vendetta. GERM. Rach. HISP. Vengança. ANGL. Revenge, punishment. ¶ Paul. 1. quod Reip. 33. D. de injuriis, Quod Reipub vindicandæ causa secundum bonos mores sit, etiam ad contumeliam alicuius pertinet; quia tamen non ea mente magistratus facit, ut injuriam faciat, sed ad vindictam majestatis publicæ respiciat, actione injuriarum non tenerat. Ovid. lib. 4. de Pont.

Quum tibi suscepta est legis vindicta severa, &c.

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Sera redundavit veteris vindicta libelli.

Idem Eleg. 9. lib. 4. Trist.

Denique vindicta si sit mihi nulla facultas.

¶ Vindicta pro poena, vide apud Gell. cap. 14. lib. 6. ¶ Aliquando vindicta, significat modum servos manumittendi, quæ siebat vindicta. hoc est, virgula sive festuca capiti servi imposita. Nam libertatem donandi tres sunt species, ut ostendit Cic. in Topicis, Vna ut censu liber fiat. Censebant enim antiquitus soli cives Romanii. Itaque si quis consentiente, vel jubente domino, nomen detulisset in censu, civis Romanus siebat, & servitutis vinculo solvabatur. Altera species adipiscendæ libertatis. Vindicta vocabatur, quum Praetor manumittendi servi capit virgam imponens, evindem in libertatem vindicabat. Nam virgula hæc viudicta vocatur, vel quod in libertatem servi eā vindicarentur: vel à Vindicio servo, qui prius hoc modo manumissus, auctore Livio lib. 2. Tertia, si quis supra volunta in testamento serie servum liberum scriperit. Cic. in Top. Si neque censu, neque vindicta, nec testamento liber factus est, non est liber: neque est ulla eorum terum: non est igitur liber; Horat. 2. Serm. satyr. 6.

— quem ter vindicta quaterque

Imposita haud unquam misera formidine privet.

Ubi Aeron, Vindicta, id est, virga quæ percutiebantur servi dum liberi siebant. ¶ Vindicta, id est, plena libertas cum jure suffragij, detta à Vindice servo. Plutarch. in Valerio. Hinc Iuven. Satyr. 13.

At vindicta bonum vita jucundius ipsa.

& Plaut. Cœr. sc. 3. a. 1. Nunquam sinam In domo esse isthac quin te liberalem liberem. PL. Isto verbo vindictam para.

Vindicum Aureliorum Cenomanorum, Le Mans, V.E. sub A. Burdegalensi.

Vindicta Hispaniæ Tarragonensis insignis mons, apud Ptolemaeum lib. 2. c. 6.

Vindicta, *ανδισχ.* V. olim E. haud procul à Sempacho, Helvetiorum oppido, pauculas nunc ædes habet, quæ vicum efficiunt.

VINEA, *α. Multitudo vitium simul constitutum.* *χέρεμ βασιλέφην.* *αντελιάν.* GAL. Une vigne, vignoble. ITAL. Vignaio, vigna. GERM. Ein rebgarten/weingarten/rebacker. HISP. La viña, viñedo ò pago de viñas. ANGL. A vine or vineyarde. Colum. lib. 3. cap. 2. Ideo non est vineis apta, vix etiam arbusto. Virg. lib. 2. Georg.

Hinc omnis longo tubescit vinea fætu.

Idem 4. Ecloga,

Non rastros patietur humus, non vinea fæcem.

Calepini Pars I I.

Cic. de senectute. Nec verò segetibus solūm, & pratis, & vineis, & arbustis rei rustica latæ sunt, sed pomariis etiam, & hortis: tum pecudum pastu, & apum examinibus, tum florum omnium varietate. Ovid. 5. Fast.

Si bene floruerint segetes, erit area dives:

Si bene floruerit vinea, Bacchus erit.

Plaut. Cœr. sc. 2. a. 1. Vineam tibi pro aurea statua statuam, quæ tuō gutturi sit monumentum. Vinearum quinque sunt genera: unum sparsis palmitibus humili repens: alterum pedatum, simplici adminiculo sustentatum: tertium jugatum: quartum compluviatum: quintum arbustivum: quæ omnia latius exequitur. Plin. lib. 17. cap. 22. ¶ Est etiam vinea instrumentum bellicum, ex lignis compactum, latum pedibus octo, altum septem, longum sexdecim, rectum dupli ligno, cratiblisque contextum. Lateta quoque vimine sepiuntur, ne laxorum ac telorum impetu perficiantur: extinscūs, ne clementur, crudis ac recentibus coris integuntur. Quum plures fuerint, junguntur ordine, sub quibus oppugnantes tutius ad muros subruendos procedunt. Plaut. in Mil. sc. 2. a. 2. Ad eum vineas, pluteosque agam. Cicer. ad Caton. lib. 15. Aggere vineis, turribus oppugnavi, usque multis tormentis. Vide Vegetum cap. 8. lib. 4.

Vinealis, e, quod est aptum ad vineam. ¶ *αντελιάν.* GAL. De vignoble; de vigne. ITAL. da viti, di vigna. GER. Das Rebarten/oder rebacter. HISP. Cosa perteneciente à viñas. ANGL. That serveth for vines. ¶ Col. lib. 3. c. 12. Sed ne nunc per infinitas terreni species evagemur, non tempestivè commemorabimus Julij Græciū conscriptam velut formulam, ad quam posita est limitatio terræ vinealis.

Vinearius, a, um, quod est vineæ, vel quod ad vineam pertinet. ¶ *αντελιάν.* GAL. De vigne. ITAL. Chi serve à viti. GERM. Des rebacters/oder dargu gehörend. HISP. Cosa perteneciente à viñas. ANGL. Of a vine. Colum. lib. 5. cap. 5. Validam vitem in ramos diducere censeo, & traducibus dispergere, atque diradiare, ceterosque vinatios collès precipitare.

Vineaticus, a, um, idem: *αντελιάν.* Ut, Falces vineaticæ. Varr. lib. 1. de reruſt. cap. 22. Sic alia quoque nonnulla genera species habent plures, ut falces. Nam dicuntur ab eodem scriptore vineaticæ opus esse sex. Colum. lib. 4. cap. 1. Vnum atque alterum reprehendissent, quippe seminibus vineaticis nimium ne profundos censuſse fieri scobes.

Vineum, i, locus vineabundans. ¶ *αντελιάν.* GAL. Vignoble ITAL. Vignaiò, luogo piantato di viti. GER. Ein rebacker/in ori da vil reben zeigt sind / wein gewachß. HISP. El pago ò vinedo, lugar de viñas. ANG. A vineyard or a place planted with vines. ¶ Col. lib. 3. Cui vinera facere cordi est, faciat vitiarium, ex quo possit agrum vineis vestire. Cic. 2. de nat. deor. Nec verò ita refellendum est, ut si segetibus aut vinetis eujuspiam tempestas nocuerit, &c. Virg. 2. Georg.

Néve tibi ad similem vergant vinea radentem.

Vinitoris, is, qui vineam colit; pampinat. Rusticus vinearum cultori. ¶ *αντελιάν.* *χορέμ.* *αντελιάν.* GAL. Vignerons. ITAL. Coltivatore di viti. GERM. Ein rebman. HISP. Viñadero, ò vendimador. ANGL. He that dresseth a vineyarde. ¶ Col. lib. 1. Separandi sunt atatores à vinitoribus. Cic. 5. de fin. An ea qua per vinitorem antea conseqebatur, etiam per seipsum curabit? Virg. Eclog. 10.

— *matura vinitior uva.*

Vinitorius, a, um, quod est vinitoris. ¶ *αντελιάν.* GAL. Appartenant à vigneron. ITAL. Pertinente à coltivatore di viti. GERM. Einem rebman zugehörig. HISP. Perteneiente à viñadero. ANG. Belonging to the dresser of a vineyarde. ¶ Colum. lib. 4. cap. 45. Est autem sic disposita vinitoriz falcis figura.

Vingum, *ανδισχ.* herba est foliis amplis, pusillo caule, radice longa, cibis idonea: quam Egypti colligere solent quum effusus fuerit amnis, eaque deorum aras coronare. Theophrasius de caus. plant. lib. 1. cap. 11

Vinulus, a, um, antiquum adjectivum, quod venustum & blandum significat. Plaut. in Asin. Compellando blanditer, osculando, oratione vinula, venustula. Ex Nonio. Alij legunt, *Vinnula.*

Vinulatus, a, um, vinulo assimilis. Isid.

Vinula, pusilla bestiola, quæ ortitur in saccharo, oblongula, publicis colore, gurgulioni similis, si rostellum illi adimas, aut huic addas.

Vintium, *ανδισχ.* oppidum est in Alpibus littoreis, apud Ptol. lib. 3. c. 1.

VINUM, i, à vi deducitur: quod vim inferat menti, vel à Græco. ¶ *αντελιάν.* GAL. Vin. ITAL. & HISp. Vino. GERM. Wein. Wyne. ¶ Ovid. lib. 1. de Arte.

Et venus in vini, ignis in igne fuit.

Quo tamen in loco nonnulli malunt legere,

Et venus in venia.

Matt. lib. 3.

Resinata bibis, vina Falerna fugies.

Virg. 9. Aeneid.

— fusique per herbam

Indulgent vino, & vertunt crateras abenos.

Cic. de senect. Ut enim non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coalescit. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 5. Hoc vini vitium est maximum; pedes caprati, luctator dolosus est. Ibid. sc. 2. a. 1. Vino te devincis. Idem Cœr. sc. 2. a. 1. Flos veteris vini. Idem Aul. sc. 6. a. 4. Nimis vile est vinum atque amor, si ebrio, & amanti quidvis impune licet. Idem Aul. sc. 4. a. 2. Confecto prandio, vino epoto. Ibid. sc. 1. a. 5. Agitamus convivium vino sermone suavi. Idem Aul. sc. 6. a. 3. Ut me deponat vino, eam affectat viam. Ibidem, sc. 6. Jullero Cadum unum vini veteris à me afferret. &c. Ovid. Eleg. 4. lib. 5. Trist.

Et dicunt laudes ad tua vina tuas.

Idem 6. Fast.

Nox erat & vini oculique, animique natabant.

¶ Vini genera & effectus, vide apud Gell. cap. ult. lib. 1. Vinum erit & fetidum. Idem c. 7. lib. 11. Vinum firmum, cap. 5. lib. 13. Idem, Vinum album, atrum, Plaut. Men. sc. 5. a. 5. Dic mihi album at atrum vinum potas? ¶ Vinum mulieribus prohibutum olim apud Romanos, Plutarch. in Num. & Lyc. & Gell. cap. 23. lib. 10. aucto-

FF

tibus.

ribus. Quatuor praecipui sunt vini sapores, dulcis, acutus, lenis, & austerus: primus Noe vinum invenit, sicut sacrae testantur literæ. At Gentiles docent Bacchus vini repertorem fuisse. Primus vero Italus Satyrus dedit ē Creta in Latium adiectus. ¶ Vinum vehemens. Cell. lib. 2. c. 18. Vinum asperatum, Idem lib. 4. c. 19. Vinum pingue, Idem lib. 6. sect. de pediculis, palpibus. ¶ Vinum mistum, i. dilutum, i. *καρπούζι*, quod meto, i. *αργάρη* opponitur, Idem lib. 6. c. 9. ¶ Vinum pendens, i. uvæ, vindemia nordum collecta. Plaut. Tum vinum priusquam coactum est, pender putidum. ¶ Vinum dolare apud Vopianum, h. e. vinum novum, non vero diffusum. Vinum de dolio, vocat Cic. in Bruto, Num igitur qui hoc sentias, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? Appellat & vinum de cupa: ut in Personam, Panis & vinum à propola & de cupa. Sic in MS. oī, c. 19. mēs dicunt à Plutarcho. Vinum dolare tamen apud Catonem pendenti opponitur. ¶ Vinum diffusum; quod in amphoras & cados Apothecarum ad asservandum fusum est. Plin. lib. 14. cap. 14. Apothecas fusile, & diffundi solita vina anno D. C. XXXIIII. Urbis, apparuit indubitate Optimiani vini argumento. Horat.

Vina bibes iterum Tauro diffusa.

Iuvenal.

Ipsa capillaro diffusum consule potat.

¶ Vinum tortivum, quod novissime expressum est. Col. lib. 12. c. 36. Tortivum mustum dicitur, quod post primam pressuram vinaceorum circunciso pede exprimitur. Contra, *μερόντων*, vocamus, quod defluit prius quam uvæ calcentur. Vina pro poculis, seu vasis vinae. Virg. 1. Aeneid.

Crateras magnos statuunt, & vina coronant.

¶ Vinum ventilari convenit. Colum. cap. 3. lib. 12. Galli dicunt, Il faut donner de l'évent au vin. In vino & alea, in joco atque vino, genera dicendi antiqua sunt, quibus tempus post convivium significabatur. Namque remotis epulis, convivæ inter se poculis ceantantes, aut jocabantur, aut alea ludebant, exhilarandi animi causa. Vide supra in prepositione *In*. ¶ Vinum bibere, synecdochice est, nimium bibere inebriari.

Villum, i. vinum nullarum, aut exiguarum virium. ¶ *αιράτης*. GAL. Peri vīnū, vīnet. ITAL. *Vinetto*, picciol vīno. GERM. Schäfchter wein. HISp. Pequeno vīno. ANGL. Small or weak vīne. ¶ Terent. in Adelph. — intre ea in angulo Aliquò abeam atque edormiscam hoc villi. Vinacæ, orum, neutri generis pluralis numeri, Granula illa lignosa, qua in uvarum acinis nascuntur. ¶ *ιπαρτη*. GAL. Le marc, ou le pepin des raisins. ITAL. *Vinaccie della uva*. GERM. Trebertraubkern. HISp. Granillos de la uva. ANGL. The kernel of reyns. ¶ Col. de arborib. cap. 9. Ut autem uvæ sine vinaceis nascuntur, malleolum scindito, ita ne gemmæ lèdanunt: medullamque omnem eradicato, &c. Et paulo post, Adulta vitis tales uvas sine vinaceis creabit. ¶ Nonnumquam tamen vinacea dici invenimus, pro tortis uvæ expressæ reliquis, hoc est, non solum pro hisce granulis, verum etiam pro ipsis folliculis. Col. lib. 12. cap. 36. Tortivum mustum dicimus, quod post primam pressuram vinaceorum, circunciso pede exprimitur. Idem lib. 8. Vinacea quamvis tolerabiliter pascant, dari non debent, nisi quibus temporibus anni avis factum non edit. Idem lib. 6. cap. 3. Licet etiam si sit leguminum inopia, & eluta, & siccata vinacea, qua de hora eximuntur, cum paleis miscere. ¶ Legimus & vinaceos, genere masculino, in eadem significatione. Varro 3. de re rust. cap. 11. Fabulum his datur triticum, hordeum, vinacei uvæ. Item vinaceas, feminino genere. Plin. lib. 17. c. 22. Circum capita addito stercora, paleas vinaceas, aut aliquid horumce.

Vinacæ, a. um, adjectivum, ut *Acinus vinaceus*. ¶ *αιράτης*, *αιρός*, *γιγαντής*. GAL. Grain de raisin. ITAL. Grano di granella di uva. GERM. Traubentörner. HISp. El grano de la uva. ANGL. A kernell of reyns. ¶ Cic. de senectute, Omitto enim vim omnium quæ generantur ē terra, quæ ex sibi tantu grano, aut ex acino vinaceo, aut ex ceterarum frugum, aut stirpium minutissimis feminibus tantos truncos, ramosque procreat.

Vinalia, tam secundæ quam tertiae declinationis, pro die festo quo veteres novum vinum Iovi libabant, nono Calendas Maij: ut ait Plin. lib. 18. cap. 29. *μερόντων*. Erant & altera vinalia, quæ ad 13. Calend August. celebrabantur, teste codem, Plin. loco jam citato. Vide Ovidium lib. 4. Fast.

Vinatius, ij, Vinis venditor. ¶ *αιρανθης*. GAL. Vendens de vin. ITAL. Venditore di vino. GERM. Ein weinschenke / weinman. HISp. Vinatero que trata por vino. ANGL. A seller or vīne. ¶ Plaut. in Asin. Sed vina quæ heri vendidi vinario Exarambo, iam pro iis satisfecit Sticho? Suer. in Claud. Quum de laniis aut vinariis ageretur, exclamavit in Curia. ¶ Ponitur aliquando pro vino ac ebriosu. Ulpian. in 1. ob qua, D. de a. lili. Item aleatores, & vinarios non contineri edicto, quoddam respondisse Pomponius ait, &c.

Vinarius, a. um, quod ad vinum pertinet. ¶ *αιρέσις*. GAL. Servant au vin. ITAL. Che serve à vino. GERM. Zu dem wein dienstlich. HISp. Co-sa perteneciente al vino. ANGL. Belonging to vīne. ¶ ut, Taberna vinaria, in qua venditur vinum: vas vinarium in quo vinum apponitur. Cic. 6. in Verrem. Erat etiam vas vinarium, ex una gemma prægrandi. Cella vinaria, apotheca, in qua vinum asservatur. Plin. lib. 12. c. 13. In quibus erant claves vinariæ cellæ. Lacus vinarius, in quem mustum defluit. Col. lib. 12. cap. 18. Tum lacus vinarij & torcularij, & foræ, omniaque vasa si vicinum est mare, aqua marina: fin minus, dulci elevanda sunt, & commutanda.

Vineus, a. um. Plaut. Cura. sc. 2. a. 1. Vineam tibi pro aurea statua statuam, quæ tuo Gutturi sit monumentum.

Vinipotoris, Potator vini, ¶ *αιρέσις*. GAL. Beveur de vīne, vīngne. ITAL. Imbriaco, beveatore de vīno. GERM. Ein wein trinker/weinsauffer. HISp. Bevidor de vīno, embriago. ANGL. A drinker of vīne. ¶ Plin. lib. 10. cap. 54. Scitum de quodam vinipotore reperitur Syracusis tandem potare solitum, donec ab eo cooperta in terra ova factum ederent.

Vinolentus, a. um. Ebriosus, vino se ingurgitans. ¶ *αιρέσις*. schich chör. *χαράρης*, *μαρόντης*, *ειρόλυγης*. GAL. Turongne, plein de vīno. ITAL.

Imbriaco. GERM. Trunkenbolz. HISp. Embriago, lleno de vīno. ANGL. A drunket, much given to vīne. ¶ Cicero. Acad. Ne vīno lenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, qua sobrij: dubitant, hæsitant, revocant se interdum, hisque quæ vident imbecilliū assentiuntur: Plaut. Aut. sc. 7. a. 4. Te eam compressisse vinolentum virginem.

Vinolentia, Ebrietas. ¶ *αιρέσις*. schichcharón. μέλη, ειρόλυγη. GAL. Turongne. ITAL. Imbriachezza. GER. Trunkenheit. HISp. Embriaguez. ANGL. Drunkenesse. ¶ Cicero de Topic. Cujus etiam generis illa sunt, ex quibus vīrum nonnunquam invenitur, pueritia, somnus, imprudentia, vinolentia, infania.

Vinōsus, a. um, qui vīni cupidior est, ut ait Valla lib. 10. ¶ *αιρέσις*. schichchör, μέλη, ειρόλυγη. GAL. Addonné au vīn y vīrongne. ITAL. Dedito à vīno, imbriaco. GERM. Dem wein ergâben / weinsüchtig. HISp. Embriago, lleno de vīno. ANGL. A drunkard, much given to vīne. ¶ Ovid. 3. de Arte,

Sit tibi Callimachi, sit Cœ nota Poëta,
Sic quoque vīnoſ Teia Musa ſenu.

Plaut. in Cure. Quid opus est verbis? vīnosissima est. Vinosus succus: vīnisaporem referens, qualis moro, pyro, myrra. Plinius quoque inter malii punici genera, vīnosa quædam appellat, quæ alvum sītunt & stomachum. Ovid. 3. Fast.

Cur ansus hac faciat quaris? Vinosor asas
Hac erat.

De nomine Vinosus, & similibus in osus inclinatis, adi Gellium, cap. 9. lib. 4.

Vinulus, vox est Plautina, quam pro suavi videtur usupasse Plaut. in Asin. Compellando blanditer, osculando oratione vinula, venustula.

Nonius autem legit vīnulus duplice n.

Vio, viam tero, iter facio. Onom. Vio, as, οδοντα.

Viocurus, qui vias curat: ædilis.

Viocurus, idem arbitror significare quod currus. Vatro lib. 4. de Ling. Lat. Quis enim non videret unde ærifodinæ, & viocurus? Malum tamen nonnulli hic legere, Viocurus. Vid. Bulleng. lib. 5. cap. 17.

Violæ, Floculus purpurei coloris, cuius planta folium haberet non dissimile, nigrius tamen & tenuius: caulinum autem à media radice profilientem, florem, ut dictum est, ferentem purpureum ¶ *αιρέσις*. GAL. Violette. ITAL. Viola. GERM. Violen. HISp. Violera generalmente. ANGL. A violet. ¶ Cic. lib. 5. Tusc. An tu me in viola putabas, aut in rosa dicere? Virg. 2. Eclog.

tibi candida Nais

Pallentes violas & summa papaveræ carpens, &c.

Dicta autem putatur viola, quasi vitula, propterea quod hunc florrem Poëtae fabulantur in pabulum Ius pueræ jam in juventam conversæ à terra effusum: unde & à Græcis ab ejusdem pueræ nomine *Ιον* appellatum volunt. Sunt & luteæ violæ, & caruleæ, & albæ, quas omnes Græci *λονγίς* nomine complectuntur. Vide Plin. lib. 21. c. 6.

Violacæ, a. um, Purpureus, violæ colore in referens. ¶ *αιρέσις*, *αιρέσις*, GAL. Couleur de violette. ITAL. Violato, colore de viola. GERM. Violeß. HISp. Color de violetas. ANGL. Of or lik a violet. ¶ Corn. Nepos, ut tradit Plin. lib. 9. cap. 39. dixit, Me juvēne violacea purpurea vigebat.

Violariæ, otum, loca in quibus copiosæ violæ nascuntur. ¶ *αιρέσις*. GAL. Violier. ITAL. Violari. GER. Deiter da viel violen wachsen. HISp. Lugar donde se crian las violetas. ANGL. A bed or place where violets grow. ¶ Virg. lib. 4. Georg.

irriguimusque bibant violariæ fontem

Vel ipsæ potius violæ uno in loco consistæ. Ovid. 4. Fast.

Ille legit calthas, huic sunt violaria curæ.

Violariæ, iij, dicitur violacci coloris infector. ¶ *αιρέσις*. GAL. Qui teint en violet. ITAL. Tintore en violato. GERM. Ein violbraunsfarbet. HISp. Tintore de color de violetas. ANGL. That dieth violet colour. ¶ Plaut. in Aut. sc. 5. a. 3. Flammeatij, violarij, carinatij.

Violetas, Corrumpto polluo, lædo, maculæ afficio, offend: quod propriæ de virgine dicitur: quum pudicitia ejus vi eripitur. ¶ *αιρέσις* hinwäh *βαλτι* chillel. *βαλτομη*, *μαρανομη*. GAL. Violer, corrompre, gâter. ITAL. Violare, guastare, macchiare. GERM. Rothzwingen mit gewalt schwochen/verlesen. HISp Corromper por fuerza. ANGL. To defile, violate, corrupt, to deflower, to break as man doeth a lass. ¶ Cicero. lib. 3. de natura deorum. Minerva quinta Pallantis, quæ patrem dicitur intermissæ, virginitatem suam violati conantem. Tibullus libro 1. Eleg. 6.

Parcite quam custodit amor violare.

Transfertur & ad alia. Dicimus enim violare amicitiam, dignitatem, existimationem, fidem conjugij, fratribus, hospites, jura, loca, religiosa, parentes, Rempublicam, sacra, famam, &c. Cic. 3. Verr. Quum apud exteræ nationes imperij nominisque nostri famam tuis probis flagitiisque violaris. Idem ad Quint. Philippum lib. 13. Nisi quid existimas in ea re violare existimationem tuam. Idem 3. de fun. Ut peccatum est patriam prodere, parentes violare, fana depeculari, &c. Virg. 4. Aeneid.

Sed mihi vel tellus optem prius ima debiscat,

Ante, pudor, quam te violem, aut tua jura resolvam.

Violetas, a. um, participium. ¶ *αιρέσις* mehunnéh *βαλτ* mechulláh *βαλ* chalál, *βαλτομη*, *υβαλσθη*. GAL. Violé, outragé, corrupted. ITAL. Violato, outragato. GERM. Verletzt. HISp. Corrompido por fuerza. ANGL. Violated, corrupted, deflowered. ¶ Liv. 6. ab Urbe, Post publicam causam privato colore habito, ne verbo quidem violatis Consulibus rogationem tulit ad populum. Ovid. 3. de Ronto, Eleg. 5.

Ipsæ quidem Getico peream violatus ab arcu.

Tibull. lib. 4.

Non violenta vagi sileantur fascia Solis.

Ovid. 13. Metam.

Hector abit violatus vulnere nullo.

Violetas, a. um, ut fœderia clam violanda. Tibullus lib. 1. Elegia 9. Violatio,

Violatio, nis, verbale, Corruptio, prophanatio. *בְּלִילָה chalilah.* *βιαστός GAL.* *Violent, corruption, outrage.* *ITAL.* *Violatione, corrotione.* *GERM.* Verlehung / Anfallung mit gewalt zuschenden. *HISP.* Obra de corromper assi. *ANGL.* A corrupting, de flouring or breaking of a lato. *¶ Livius lib. 2. belli Punici.* Tum quoque alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea violatione templi furorem injectit: atque inter se ducem in ducem, militem in militem, rabie hostili vertit.

Violatō, is, Corruptor, ruptor. *בְּלִילָה mechallēh* *תְּחַלֵּל mechallēl.* *βιαστός GAL.* *Violateur, corrupteur.* *ITAL.* *Violatore.* *GERM.* Verleher, gewalt anthuer / schender. *HISP.* Forçador, corrumpidor. *ANGL.* A corrupter or defouler. *¶ Livius 4. ab Urbe.* Hiccine, inquit, est ruptor fœderis humani, violatōrque gentium iuris? Ovid. 2. de Pont. Eleg. 2.

Confugit interdum templi violator ad aram.

Violabilis, qui aptus est ut violetur. *βιάνυς,* ut contrā, Inviolabilis, qui non facile violari potest. Virg. 2. Æneid.

Vos aterni ignes & non violabile vestrum

Testor numen, ait.

VIOLENT, apud Horatium, pro violento legitur, βιαστός, & apud Persum Satyr. 5. Horat. Car. 3. 30.

— qua violens obstrepsit ausfides.

Violentēr, adverbium, Injuriosē, per vim. *βιαστώς, βιαστός.* *GAL.* *Violentement, par force.* *ITAL.* *Violentemente.* *GERM.* Mit notwendig vngestümig. *Ελλ.* *HISP.* *Forçosamente.* *ANGL.* *Violently, with force.* *¶ Liv. lib. 5. ab urbe.* Quia solemnia ludorum, quos intermitte nefas est, violenter decrevisset. Proconsulatum violenter gerere, apud Plinium ep. 9. lib. 3. id est, crudeliter. Violenter tolerare, apud Terent. in Phorm. id est, ægrè, invitè. Violentiū conqueri. Suet. in Aug. c. 51.

Violentissimē, βιαστόνετος, Iustin. His. lib. 2. 5. Inter confertissimos violentissimē dimicans, saxo de muris jactato, occiditur.

Violentia, Vis major, impetus. *βούνον chamas πυγή heschék.* *βία GAL.* *Violence, impetuosité.* *ITAL.* *Violenza, impetuosità.* *GERM.* *Ungestümme gewalt.* *HISP.* *Fuerza, violencia.* *ANGL.* *Force, violence.* *¶ Plin. lib. 2. c. 38.* Quoniam & tonitruum & fulminum jactus horum violentiae plerique assignant. Cic. 5. Tusc. Nesobrius in violentiam vinolentorum incidat, antē descendit. Virg. 2. Æneid.

Haud secus accenso gliscit violentia Turno.

Violentus, a um, qui vim facit, injurious. βούνον chomēs πυγή hoscéh. βίας. *GAL.* *Violent, impétueux, injurieux.* *ITAL.* *Violente, violento.* *GERM.* *Vol vngestüm gewalt.* *HISP.* *Cosa fuerçadora.* *ANGL.* *Violent.* *¶ Ovid. 8. Metam.*

Nunc violentus aper, nunc quem tetigisse timerent,

Anguis eras, modo se faciebat cornua taurum.

Claud. 9. Paneg.

— peragit tranquilla poteflas

Quod violenta nequit.

Virg. 2. Georg.

Aut ubi navigius violentior incidit Eurias.

Ovid. 3. Metam.

— aliis violentior aquo

Visa dea est.

Ponitur quandoque pro superbo. Virg. 10. Æneid.

— violentaque pettora Turni Edocet.

Ovid. Eleg. 5. lib. 3. Trist.

Non aliquid dixi, violentaque lingua locuta est.

Idem 3. Fast. Violenta Styx Tibull. lib. 4.

Nec violenta suo contempnit more Charybdis.

Item. violenti & contumaces homines. Cuet. in Tib. c. 2.

Vion, Valentia (βία, βαρβαρία) Apulorum urbs, auctore Ptol. lib. 3. cap. 1. Hodie Bivona, Hippo Plinio.

VIPERĀ, ά, Serpentis genus, quod vi pariat. Vulgo enim persuasum est pullos erosis matris lateribus cum interitu ejus erumperet. βιονέδην εφθέη. ιχθύς, ιχθύρα. GAL. Vipere. ITAL. La serpe detta vipera. GERM. Ein nater. HISP. La bivora sierpe. ANGL. A viper. ¶ Sueton. in Claud. cap. 16. Ad viperæ mortum nihil æquè facit ac Taxī succus. Cicero. de Arusp. Etiāmne in sinu, atque in deliciis quidam optimi viti viperam illam venenatam ac pestiferam habere potuerunt? Virg. lib. 2. Georg.

Sapè sub immotis præsepiibus aut mala tacu

Vipera delituit.

Ovid. 2. de remed. amor.

Parva necat mortu spatiōsum vipera taurum.

Ambrosius lib. Hexaēm. Vipera (inquit) nequissimum genus bestiæ, & super omnia quæ serpentini sunt generis, astutior. Vbi coēundi cupiditatē assumpserit, mutanæ maritimæ notam sibi requirit copulam, vel novam præparat: progressaque ad litus, sibillo testificata præsentiam sui, ad conjugalem amplexum illum evocat. Muraena autem invitata non deest venenatæ serpenti, expeditos usus suæ impepit conjunctionis. Atque ubi adventate vipera comparem senserit, venenum evomit, reverentiam matito deferens. Hieronymus vero ad Præsidium sic scribit, Vipera per os coitum faciunt. Masculi mortem contemnunt: sed fœmina in ipso coitu, sive magna dulcedine exagitata, sive futuri præsciens periculi, dum absorbet semen, caput masculi excidit. & sic eum occidit. Sed quum conceperit, viscera illius ab ipsis quos conceperit comeduntur, & sic matrem occidunt. De viperæ Plin. abunde multis locis, maximè verò lib. 10. c. 62. Vipera (inquit) mas caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. Terrestrium eadem sola intra se parit ova unius coloris, & mollia, ut pisces. Tertia die intra uterum catulos excludit: deinde singulos singulis diebus parit, viginti ferè numero. Itaque cæteræ tarditas impatientes, pertumpunt latera occisa parente. Hæc Plin. Apollonius tamen apud Philostratum negat hoc esse verum, quāvis à gravissimis auctoribus affirmetur: eò quod aliquando visa sit viperæ catulos suos, quos peperisset, lambere & expolire, idque etiam hodie frequenti experientia cognitum est. Quo sit ut rectius sensisse parentur, qui viperam dictam pugant, quasi vi-

Calepini Pars I.

